

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Horis Canonicis Juxta Rubricas Breviarii Romani ritè recitandis - In qua etiam ipsæ Rubricæ Notis brevibus illustratæ, & Martyrologij Romani nomina suis Accentibus signata continentur, Ad Faciliorem Discentium Vsvm Ac Prixin

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1676

§. 11. De Commemorationibus specialibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48333](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48333)

§. X.

De Oratione.

I. **A** Nte Orationem semper præmittitur *Dominus vobis scum*, vel *Domine exaudi ab ijs*, qui nondum sunt Diaconi, excepto Triduo ante Pascha.

II. Nunquam omittitur Oratio.

III. In Dominicis sumitur semper ex Proprio de Tempore, in Festis accipitur Oratio Dominicæ præcedentis, nisi propriam habeant. In Festis ex Proprio vel Communi Sanctorum.

IV. Clauditur semper cum verbis *per Dominum*; aut *Qui vivis*, aut *Qui tecum vivit*.

§. XI.

De Commemorationibus specialibus.

I. **F**lunt hæ Commemorationes eodem ferè Tempore, & Ordine, quem supra in Laudibus observandum diximus, nisi quod in Vesperis Festi primæ Classis nullafiat Commemoratio, Simplicis aut diei infra Octavam; in Vespere Festi secundæ Classis etiam horum fiat Commemoratio.

II. Modum quod attinet, requiritis, ut, si Commemoratio fiat de sequenti, Antiphona & Versiculi sumantur ex primis Vesperis. Si vero fiat de præcedenti, ex secundis accipientur. Quod si Officium fiat in primis Vesperis de Festo v. g. Confessoris Pontificis, & aliud simile, de quo facienda sit Commemoratio, occurrat, tum Antiphona pro Commemoratione prima, uti & Versiculi ex Laudibus sumendi sunt. Si vero & tertium simile occurrat, Antiphona quidem ex secundis Vesperis; Versiculi vero, quia communiter ijdem sunt cum Versiculis, qui in Laudibus dicuntur, ex primo nocturno accipiendi sunt, nisi & hi quoque jam dicti sint, tum enim ex secundo Nocturno sumi debent. Quod si cum Festo principali de alio simili in secundis Vesperis facienda sit Commemoratio, tunc Antiphona & Versiculi ex Laudibus sumendi sunt, si quidem Versiculi diversi sint ab iis, qui in secundis Vesperis sunt dicti; si autem (ut plerumque contingit) non sint diversi, ex primis Vesperis accipiendi erunt. Si vero tertia similis Commemoratio facienda sit, tum Antiphona

phona quidem ex primis Vesperis (si diversa sit) Versiculi ve-
rò si jam semel dicti sunt, ex primo Nocturno sumentur, aut
si hi quoque jam dicti sunt, ex secundo Nocturno. Scio, ali-
quos pro prima Commemoratione statim Antiphonam &
Versiculos ex primis Vesperis, utpote, qui ordinariè sunt di-
versi ab ijs, qui in secundis Vesperis dicuntur, sumere, sed
præterquam quòd etiam hæc interdum non sint diversæ, est
hæc mutatio expressè contra Rubricas §. 9. n. 8. dicentes ex
Laudibus sumendam esse Antiphonam, si de simili Festo in
Vesperis primis aut secundis facienda sit Commemoratio.
Quod si quarta facienda sit, tum pro Antiphona sumenda
erit prima Antiphona primi Nocturni (quod idem etiam fa-
ciendum, quoties in aliis casibus eiusmodi Antiphona deest,
ita ut etiam secunda & tertia ex primo Nocturno sumi possit)
pro Versu autem Versiculi ex Nocturnis, qui necdum dicti
sunt, ut in simili casu supra de Laudibus ex Gavanto & Ar-
naudo dictum est.

III. Ordo in his Commemorationibus à potiori idem
quidem est cum eo, quem suprà in Laudibus observandum
dixi, dubium tamen non leve offert ipsum Breviarium, quod
in tabula Concurrentiarum hæc verba in fine addit: *Cùm*
plures fiunt Commemorationes, servetur hic Ordo. De duplice,
de Dominica, de Semiduplici, de die infra Octavam, de Feria
Maiori, de Vigilia, de S. MARIA in Sabbato, de Simplici. Ubi,
cùm Rubrica hæc dicit de Semiduplici ante dié infra Octavā,
Commemorationem faciendam esse, videtur evertere & con-
tradicere generali Regulæ à Rubricis circa Commemo-
rationes assignatæ, quòd scilicet de eo facienda sit priùs Com-
memoratio, quod Vespertas saltem à Capitulo, atque adeò
primam Orationem exigeret, si majus Festum, de quo fit
ipsum Officium, abesset; cùm ergo in concursu Semiduplicis
Festi cum die infra Octavam hæc dimidiæ Vespertas à Capi-
tulo, atque adeò primam Orationem ante Semiduplex exi-
gat, meritò etiam primum in Commemoratione locum exi-
gere videtur. Ob hanc rationem semper mihi videbatur,
Commemorationem Octavæ in secundis Vesperis ante Semiduplicis
Commemorationem faciendam esse; ad textum au-
tem Rubricæ citatum facile responderi posset, eum de oc-
cursu in Laudibus, & concursu in primis duntaxat Vespertil
loqui,

loqui, cùm ibidem etiam Vigiliæ (de qua nihil fit in Vesperis) & B. MARIAE in Sabbato ac Simplicis (de quib[us] nihil dicitur in secundis Vesp[eris]) mentionem faciat ; Laudibus autem & primis Vesp[eris] semper Semiduplex præcedat Octavam , cùm hæc in Vesp[eris] dividat eas cum Semiduplici sequente. Sed quia etiam pro secundis Vesp[eris] cl[er]icum exemplum in festo S. Thomæ Cantuariensis habemus in quibus Commemorationem ante omnes Octavas faci[bus] jubemur , ideo fatendum videtur , Rubricam in citato tex[to] universaliter locutam esse (maximè cùm nullam distinctionem inter primas & secundas Vesp[eras] faciat) atque adeò per particularem hanc Rubricam generali derogare voluisse , s[ecundu]m facere cōsuevit. Atq[ue] ita sentit etiam Gavant. s. 3. c. i. n. 39. ubi allatū pro cōtraria opinione dubiū solvere conatur dicendo , in ratione Officij dividi Vesp[eras] , eò quod in hoc perinde ut in Commemorationibus dignitas attendatur ; unde cùm Semiduplex sit Festum , dies infra Octavam aut[em] duntaxat continuatio Festi , meritò illius Commemoratio ad hujus Commemorationem facienda videtur. Sed hæc ratiō est contra ipsum Gavantum , qui s. 3. c. 8. n. 22. ait , si die Octava cum Dominica privilegiata secundæ classis , & Fe[st] primæ classis occurrat , in Vesp[eris] prius Commemorationem de Semiduplici præcedente , quām Octava die faciendam esse , eò quod Semiduplex dimidium Vesperarum cōficit ; ergo in tali casu non attenditur dignitas Officij , cū utique dies Octava nobilior sit semiduplici Festo. Recl[er] ergo tota hæc diversitas in solam instituentium voluntate & arbitrium conjicitur.

I. V. Oratio quævis inchoatur ab *Oremus* , non ram[ificatur] clauditur , nisi sit ultima ex ijs , quæ dicuntur.

§. XII.

De Suffragiis communibus.

I. **F**lunt hæc Suffragia eodem tempore , ordine , & modo quem in Laudibus observandum diximus , nisi quæ Antiphonæ & Versiculi , qui orationi præmitti solent , ex secundis Vesp[eris] sumendi sint , nisi prius jam dicti sint , tunc enim ex Laudibus accipi debent ; aut si hi etiam jam dicti non diversi sint , ex primis Vesp[eris].

II. Te